



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 1. Variis SS. PP. testimoniis probatur necessitas dilectionis Dei ad
justificationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. I.

Variis SS. PP. testimoniis probatur necessitas dilectionis Dei ad justificationem.

AN verò præterea ex aliis fundamentis, non major illi competat probabilitas, nunc non disquiro: satis est fundamenta illa non sic concludere, quin adhuc sufficientia dictæ attritionis, ut hîc concedit Appendix, ut summum sit dubia. Cæterum, si, quid hac in re verum judicem, promendum foret; dicerem cum

Serm. 5. exhort. ad monach. Joanne Trithemio: *Deus est summum & immutabile bonum, cujus amore peccatum & fugiendum est & detestandum: quoniam qui timore pœnarum dumtaxat peccare metuit, ad charitatis præmia non ascendit.* Dicerem cum

Lib. 2. de spir. anima resurr. B. Laurentio Justiniano: *Quandiu quis metu temporalis supplicii seu æterni serviliter vivit à filiorum Dei segregatus est sorte.* Dicerem cum subtili Scoto: *Quod non quicumque actus pœnitendi sufficit ad deletionem peccati, sed oportet quod sit actus ordinatus & maxime ex circumstantia finis, quæ est prima inter circumstantias actus moralis: Ac propterea censet Judam non legitimè pœnituisse, quia non pœnituit, inquit, cum ista circumstantia, id est, ex dilectione Dei.* Dicerem cum

S. Ca-

S. Catharina Senensi, quod ipsa inducit *Tract. 1.*
 Deum dicentem: Attende quia nullo modo *cap. 49.*
 sufficit ambulare solummodo cum servili timore,
 quia purgare domum à spurcitia peccati mortalis,
 non implendo virtutibus eam in amore fundatis,
 & non tantum in timore, non sufficit ad vitam
 eternam: Et iterum, attende diligenter istos, *Ibid. c. 58.*
 qui cum servili timore dereliquerunt mortalium
 peccatorum abominaciones, nisi surgant atque
 procedant cum amore virtutum: iste servilis timor
 ad vitam eternam exhibendam nullo modo suffi-
 cit: amor verò cum sancto timore benè sufficiens
 est.

Dicerem cum S. Bonaventura: Timor *De 7. donis*
 dicitur servilis, quo quis magis timet penam *Spir. Sanct.*
 quàm culpam: qui secundum essentiam dicitur *de dono ti-*
 esse à Deo, non tamen sub ratione quâ servilis est, *moris c. 1.*
 quia principalius timet pœnam, quàm culpam,
 nec mutat voluntatem in bonum, licet criminis
 impediatur executionem. Propter quod dicit
 alibi: Est autem timor servilis cum quis ut ser- *Spec. anima*
 vus dimittit malum facere non propter dilectio- *cap. 3.*
 nem, sed propter pœnæ timorem. Hic timor
 semper cum mortali peccato est, scilicet cum
 quis dimittit peccatum facere solummodo ratione
 pœnæ. Dicerem cum S. Thoma: non *Comm. epist.*
 esse pœnitentiam veram, dum aliquis pœ- *Heb. c. 12.*
 nitet non propter amorem justitiæ sed propter ti- *lec. 3.*
 morem pœnæ vel damni temporalis. Hinc uti *Ibid. in c. 1.*
lec. 4.

Serm. de dilig. Deo. superius dixerat : *Non est justus qui non amat justitiam.* Dicerem cum S. Bernardo : Deum cum vellet hominem à se prolapsum revocare , nec gehennæ comminatione , nec æternæ vitæ promissione profecisse , donec Incarnato filio eum faceret sui amatorem. Quia videlicet ut alibi *a Epist. 11.* ait : *a Sola charitas est ; quæ ab amore sui & mundi avertere possit animum , & in Deum b Serm. 5. dirigere ; b sola castificat animum , sola purgat in oct. Pasc. intentionem , c sola denique accendit ad salutem.* Dicerem cum Haymone : *nullus re-nativ. S. Io-ctus est , nisi qui te (Deus) diligit.* Dicerem cum Gregorio : *In conspectu tuo justus esse non valet qui tibi non per dilectionem , sed per formidinem servit.* Dicerem cum Prospero.

L. 11. mor. cap. 22. Epig. 43.

Nullus enim est insons solâ formidine pœna , Qui sanctum & justum non amat imperium.

Serm. 7. de je'um. 7. mens. Nam uti habet in sententiis ex Augustino excerptis sent. 172. quod sub nomine Ambrosii epist. 258. refert & probat S. Bernardus : *Nihil prodest spiritus timoris , ubi non est spiritus charitatis.* Dicerem cum S. Leone : tantam esse sub Dei & proximi edicto utriusquè copulam Testamenti , ut sine istarum connexionem virtutum , nec lex quemquam inveniat justificasse nec gratia. Dicerem deniquè cum Augustino

stino, sine Dei gratia quâ charitas Dei dif- Lib. 1. de gratia Christi cap. 26.
 funditur in cordibus nostris, omnino ni-
 hil boni quod ad pietatem pertinet ve-
 ramquè justitiam, à nobis fieri; ac per
 hoc sine illa non haberi bonum animæ
 motum, sine quo cuiquam pœnitentiæ
 Sacramentum gratiam conferre, nun- Sess. 14. cap. 4.
 quam, uti hujus testes sunt Tridentini
 Patres, Ecclesia Dei docuit aut sensit.

§. II.

*Ex ipsa Philosophia probatur, quòd solus pœnæ
 timor hic non sufficiat.*

Ignosce Lector, si ut id exponam,
 non nihil à scopo divertero: convenire
 id arbitror, ne quis putet, uti jam dici a Lib. 13. conf. cap. 9. epist. 89. q. 1. l. 11. de civit. c. 28.
 cœptum est, pro servili Attritione con-
 clusum esse. Itaque à fundamentis rem b 1. p. q. 20 a. 1. 2. 2. q. 17. a. 8. c. ad 2. l. 1. congent. c. 91. comm. ep. 2. ad Corinth. c. 7. lect. 3. c Brevil. p. 5. cap. 8. d Lib. 1. seriam dist. 1. q. 5.
 proferam. Animæ motuum principium,
 uti a Augustinus, b Thomas, c Bonaven-
 tura, d Scotus ac vera tradit Philosophia,
 est amor. Hic alius est naturaliter homi-
 ni inditus, alius naturali superadditus.
 Naturali amore homo se diligit ac pro-
 prium bonum, vocaturque à S. Ansel-
 mo, voluntas commodi; à S. Thoma,
 amor beatitudinis, quo nempe quisque
 beatus ac felix esse appetit refugitque mi-

on amat
 ardo:
 prolap-
 amina-
 ne pro-
 a face-
 at alibi
 more sui
 n Deum
 a purgat
 ad salu-
 ullus re-
 Dice-
 no justus
 sed per
 spero.
 pœna,
 erium.
 ex Au-
 od sub
 fert &
 spiritus
 Dice-
 ub Dei
 opulam
 re virtu-
 stificasse
 Augu-
 stino